

24 Julii 1608.

Admodum R^{di} ac Magi Dni fauto-
res & patroni obseruans^{mi}.

Post seruitiorum nrorum, & precum nrarum pro incolu-
mitate R^{arum} & Mag^{arum} DD. Vrarum delationem,
easdem R^{as} & Mag^{as} DD. Vras celare non debe-
mus, accepisse nos earundem tras, quibus scire cupi-
unt, num persona nra in Commissarios Ill^{mo} &
R^{mi} Dni Epi Cracouens a S. D. N. in causa
quadam inter eundem Ill^{mo} & Mag^{um} D. Palati-
num Marieburgens controuersa, snta constituta.
Ad quas hsc breuibus respondemus, nobis nihil ea
de re innotuisse, multo minus mandatum aliquod
aduenisse. Interrogauimus etiam R^{tum} D. Can-
cellarium Praepositum nrum, num ipsi, vel Ill^{mo}
ac R^{mo} Dno Epo nro ea de re quid constaret,
qui se nihil audiuisse refert. Mirum sane vi-
deretur, in negotio tanti momenti, personas tam
illustres apud Commissarios tam humiles obscu-
rari. Virium nrarum non est, istius rei sufficien-
tatem sustinere: vltro insufficientiam nram agnoscimus.
Quapropter ab Ill^{mo} R^o & Mag^o DD.
Vris, cui patronis nris obser^{mis} obnix petimus,

ut si quid tale nobis impositum iri fenserint, id omnibus
modis impediant, neq; pro sua in nos benevolentia com-
mittant, nos suos humiles clientulos, tanti negocij (cui
omnino impares sumus) perplexitate involui. Quod
nos summi beneficij loco habebimus, & a DD. Vris
Adms^{um} R^{dis} & Mag^{is}, precibus ad DEVM deme-
neri paratissimi sumus, Quas optimè valere &
florere optamus. Cadstadij, 24 Julij. Anno
1608.

Adms^{um} R^{darum} & Mag^{is} DD. Vrarum,

Clientes obseruantissimi,

Vrbanus Iost Gimp
Georgius Knobitz Gimp

Admodum ^{Dis} Magis Do^r
minis Praeclatis, Canonicis, totiq³
Vniti Capto Ecclesie Cathed^r
ralis Parmensis, Dnis Pa^r
tronicis obseruandis

